AUGUSTINUS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 38r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

uos de tenebris uocauit in admirabile lumen suum ; Et iterum. Xps inquit pro peccatis nris passus est iustus pro iniustis ut nos adducat ad dm ;
Item cum commemorasset in arca noe octo homines saluos factos sic et uos inquit simili forma baptismatis saluos facit ; Ab hac ergo salute et lumine alieni sunt parauli et in potestate tenebris remanebunt nisi per adoptionem populo di fuerint sociati tenentes xpm passum iustum pro iniustis ut eos adducat ad dm ; Ex epistola et ia iohannis . haec mihi occurrerunt quae huic quaestioni necessaria uisa sunt ; Quod si in lumine inquit ambulauerimus sicut et ipse est in lumine societatem habemus in uicem ; Et sanguis ihu filii eius purgabit nos ab omni delicto ; Item alio loco . si testimonium inquit hominum accipimus testimonium di maius est . quia hoc est